

Session 2009

EXAMEN DE LATIN (OPTION SPECIFIQUE)

Durée: 2 heures

Matériel autorisé: *Le Gaffiot, dictionnaire latin-français de poche*

L'éternelle cupidité des hommes

Après le récit de l'exploration d'une ancienne mine d'or, Sénèque se livre à quelques réflexions sur la cupidité du genre humain:

Nunc mihi permittite narrare fabulam. Asclepiodotus auctor¹ est demissos quam plurimos a Philippo² in metallum³ antiquum olim destitutum⁴, ut explorarent quae ubertas⁵ ejus esset, qui status, an aliquid futuris⁶ reliquisset vetus avaritia; descendisse illos cum multo lumine et multos duraturo dies; deinde longa via fatigatos vidisse flumina ingentia et conceptus⁷
5 aquarum inertium vastos.

Cum magna haec legi voluptate: intellexi enim saeculum nostrum non novis vitiis, sed jam inde antiquitus⁸ traditis laborare, nec nostra aetate primum avaritiam, venas⁹ terrarum lapidumque rimatam¹⁰, in tenebris male abstrusa¹¹ quaesisse. Illi quoque majores nostri, quos celebramus laudibus, quibus dissimiles nos esse querimur, spe ducti montes ceciderunt¹².
10 Ante Philippum Macedonem reges fuere qui pecuniam in altissimis usque¹³ latebris¹⁴ sequerentur et, relicto spiritu¹⁵ libero, in illos se demitterent specus¹⁶, in quos nullum noctium dierumque perveniret discrimen.

A tergo¹⁷ lucem relinquere, quae tanta spes fuit? Quae tanta necessitas hominem ad sidera erectum incurvavit¹⁸ et defodit¹⁹ et in fundum telluris intimae mersit, ut erueret aurum,
15 non minore periculo quaerendum quam possidendum? Propter hoc cuniculos²⁰ egit et circa praedam lutulentam²¹ incertamque reptavit, oblitus dierum, oblitus naturae melioris, a qua se avertit.

Sénèque, *Nat.* 5, 15, 1 et suivants

Vocabulaire:

1. auctor est : atteste, rapporte
2. Philippus, i, m. : Philippe, roi de Macédoine
3. metallum, i, n. : mine (d'où l'on extrait des métaux)
4. destituere : abandonner
5. ubertas, tis, f. : richesse, ressources
6. futuris = posteris
7. conceptus, us, m. : nappe, étendue
8. jam inde antiquitus : dès l'antiquité
9. vena, ae, f. : veine, filon
10. rimari, dép. rég. : fouiller, explorer
11. abstrudo, ere, usi, usum : cacher
12. caedo, ere, cecidi, caesum : tailler, entailler
13. in... usque : jusque dans
14. latebra, ae, f. : cachette
15. spiritus, us, m. : l'air
16. specus, us, m. : grotte, caverne
17. a tergo : derrière soi
18. incurvare, rég. : courber, plier
19. defodio, ere, fodi, fossum : enterrer, enfouir
20. cuniculus, i, m. : galerie souterraine
21. lutulentus, a, um : enduit de boue